Duo continent Petitiones Marię Carrera. et eiꝰ filię Arguentę interian. contra Agustinum de interiam earū maritum et Patrem, quę quidem tendunt ad unum et eundem finem (videlicet) contractum fuisse matrimonium, inter predictum Agustinum et Mariam. et esse filiam legitimam et naturalem predictam arguentam interiam. qđ quidem factum, satis probatum est cum parrocho. et alijs testibꝰ et cum cohabitatione fama et opinione et cum Libro Baptizmi et alijs adminiculis. ex quibꝰ res hęc sine dubio videt̃ etiam si non constet de tempore mortis francisci fernandez mariti primi predictę marię carrera. qđ quidem pbat̃ seqq. fundamentis.

¶ Et inprimis ex his que traddit Couuarr. in lib. 4. c. 8. § 1.º nº 3. et 4. ubi in nº 8. probat filium legitimum esse ex bona fide parentis vere et non ficte. que bona fides in matrimonio presumitur ex alterius conjugie bona fide per tex. in c. ex tenore allegatum per Couuarr. ubi dª nº 9. et cum matrimonium hoc sit contractum in facie ecclesie filia hec legitima, omnino censetur quoad omnia. tex. est et ibi glo. in c. inibitio in § 1.º de clandestina dispensatione et in c. 2 qui filij sint legitimi.

¶ Predictis non obstat non esse probatum tempus mortis predicti Francisci hernandez. quia sufficit fama vel credulitas ad excusandam predictam uxorem, etiam a pena 2º nubentis. tex est, in c. 2. de secundis nuptijs. ubi glo. et dd. nottant et in c. in presentia de probatio. facit. l. 8. ttº 9. pª 4. et l. 14. ttº 14. pª 3. ubi

in successionibus probata absentia alicuius per decem annos, cum fama mortis, sufficit ad petendam eius hereditatem.

Item etiam quia in dubio debet summi tempus per quod delictum excludat ex doctrina celebri Bart. allegata per Hypolitum in titulo de fideiussoribus an. 46. usque ad num. 61. ubi multis iuribus et glosis et doctrinis hoc probat

Probat etiam, quia in dubio pro matrimonio presumit, ex tex. ubi dd. notant in c. fi. de re iud. et in c. licet ex quadam in fi. de testibus et in c. ex literis juncta glo. ibi de probationibus, ideoque matrimonium probat per famam, concurrentibus alijs adminiculis de quibus in c. illud. de presumptio. ubi dd. notant presertim ex titulo et cohabit. sm. Abbatem et felinum in d. c. illud – pro hac etiam filia faciunt que tradit Maschard. in tom. 2°. concl. 787. usque ad conclusionem 800

ubi latissime de hac materia filiationis et legitimitatis tractat. ex quibus sine dubio filia hec pro legitima haberi debet. ex predicto matrimonio, vero vel presumpto —

¶ Non prejudicant ei dicta testium in hac instantia, quia ultra ea que dicta sunt. est maxima suspitio falsitatis contra eos. convenientia enim testimonia non sunt, quia sunt varij et contrarij et convicti de falsitate. ut videre licet per petitionem dictarum mulierum. in 8a die marcij quam videre opportet quia agitur de nullitate huius probationis. et allegant multa contra huiusmodi testes ut pro falsis habeantur. ex quibus judicandum est per predictis mulieribus salua dignissima sensura dominationis Vre cui pre dicta subijciuntur.

[signature]